



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

350. Dominica 2. Adventûs. De quærendâ pace cum Deo, quia in Christo
Spiritus unitus fuit carni.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Sabbato Domin. 1. Adventus. 629

illicitam quidem actum effici, ut malum mori,
quam illicitè delectari; licitam verò, eam non
desiderare, quàm si carere non possim, statuat
propter Deum admittere, & in Deo magis
quàm in his delectari. 4. Fugere à me ipso, in
omnibus Dei gloriam non me querendo, in
his quæ accidunt quod Deo, Christo conformis,
eligendo, opprobria mihi optando. 5.
Ante conspectum DEI me nihil reputabo,
quod supra nihilum habeo, Dei esse fateber
dicendo, nihil sum, nihil possum, nihil habeo,
esse, & posse, & operari meum à Domino
accipio. 6. Reputabo me omnibus vilissem,
si hoc non sentio, superbissimum me luge-
re. Sentiam quò, si alij accepissent à Deo quæ
ego, multò magis profecissent quàm ego. 7.
Cum æquali Dei gloriâ & nullâ à me datâ
occasione, eligere potius certum meliorem quàm
incertum, penuriam quàm abundantiam,
amarum quàm dulce. Hæc via est ad ætatem
virginos & illibatos.

MEDITATIO CCCL,

Dominica 2. Advent.

*De querendâ pace cum Deo, quia in Chri-
sto Spiritus unitus fuit carni.*

Aspiciam Dominum **JESUM** mirabiliter
utraq; Spiritum & carnem attemperan-
tem, & unientem. Petam, qui caro sum, fieri
Spiritus

DD 3 **629.**

630 *Dominica 2. Advent.*

Conf. 1. Quomodo D. IESVS pacificus in cordis mei intimo habitationē suam volit esse pacificam, & ab omni perturbatione liberā.

Conf. 2. Ut ad hanc pacem perveniam, statuatam 1. in omnibus me DEO subijcere, mandata eius servare, consilia sequi, in prosperis & adversis beneplacitum eius desiderare, peccata, quæ dividunt inter Deum & hominem, vitare. 2. Statuam, ut pacem cum proximo servem, idem sapere & dicere in his, quæ bona sunt. 3. Statuam propter amorem Dei & desiderium pacis me in his, quæ Dei legi non adversantur, aliorum moribus conformare, de rebus non aliter quàm prudenter loqui, ita circumspectè conversari, ut nemo ex meis dictis aut factis causam perturbationis accipiat. 4. Proponam carnem Spiritui subijcere, cogitationes & affectiones meas & actiones ex usu rationis, & regulis perfectionis disponere, mea discutere, aliena facta ad me non pertinentia relinquere. 5. Constituā radices omnis perturbationis, iudicium & propriam voluntatem exscindere, ex aliorum dictis & factis non pendere, interiori homine cū solo Deo vivere, ac si nullus in mūdo esset.

Conf. 3. Modum ad hanc unionem cum Deo perveniendi, esse sumptionē SS. Eucharistiæ, juxta D. August. Sol c. 11 *Manducans te vivam de te, vivam per te, perveniā ad te, ut repauserem in te.*

ME-